

ANTIDOSIS  
ADVERSVS

TORTVRAM APOLO-  
GEMATICAM OMNIBVS

Rameis paratam, Sinone turpissimo celari no-  
minis eam evulgante Pseudo Philippistæ I. N.  
P. depastoris ineptissimi & ignavissimi, cu-  
jus helluina vita vel maximè ex proprio igna-  
viz subjectæ testimonio fidem indubitatam fa-  
ciet, ad tuendam existimationem P. S. R.H.  
per discipulum noti nominis  
meditata.

¶ Ciasu gednohomagije wstáci do Ro-  
stela zastýžen byl na Lúžij a tážán pročby  
do Rostela messkal gýti? Odpowědel že  
žwoněnj Opily gšauc neslyšel. Po druhé  
ždyž Ewangelium Dne Vědělňjho w Ro-  
stele nepublikowal (powědel že na ně nic ne-  
pamatoval. Toť ta geho bedlirvá pilnost.

MDCCXXII

Anno

M. D. XCII.





A Rtes qui docuere bonas quo nomine digni  
Et quo corradunt qui meliora canes,  
Musa refer nec non linguis animisq; favete  
Contigit Aonidum quos adijisse choros.  
Est ars est pietas nativis cæca tenebris  
Etsi quid veri Musa laboris habet.  
Ante colebatur vivis frustrata medullis:  
Artem nunc arti quisq; subesse putat.  
Ingenij hoc veteris: juvat at junxisse priori.  
Posterius capiti pectora, crura pedi.  
Attulit hoc decoris Musis ex arte Melanthon:  
Ramea en primum fulget in arte decus.  
Vt sua laus illi Ramo tribuente, redundat  
Hanc nostro veram dixerim inesse stylo.  
Mens at naturæ cæcæ subjecta, perenne  
Vix aliquid subetis artibus esse finit?  
Nam Sophiæ solidum multo deducitur usu,  
Gaudet & assiduo lumine mentis agi.  
Sacris addictus mentem huc nunc distulit illuc:  
Dic varius varium nunc sinat esse labor?  
Ergo Melanthonis quod jam natura negavit  
Artibus, id Ramum quis potuisse negat?  
Nam comes huic primis medium postremaq; jungit  
Aptat & illustrat lumine, mente via.  
Nempe via hæc debet contacta tuerier artes:  
Ille quid obscuri dic Sycophanta docet?  
An non per brevibus juvat in formarier artem?  
Difficilis tandem claraq; talis erit?

Lauz



1997 KK 69  
AKC. 16/14

Laudibus his Ramus gratante Melanthon gaudet,  
Laudato Ramo, laus ea prima viri.  
Hoc Ramo virtutis inest: nam iteranda recludit  
Abstinet impuris clara brevisq; docet.  
Iamne tibi obscurus dicetur Ramus? in arte  
Quem spurius nunq; nec latto mente capit?  
Censuit afflicto Sartor de nomine panuum,  
Et negat hunc spurij lumine posse capi.  
Vanus adulterio tactus Thraso corde paterno  
Ventoso invisum pondere laudat, emit.  
Tu stupidus Rami si non intelligis artem,  
De spurio spurius cogeris esse patre.  
Sed facilem sors jam pudibundus dicere Ramum  
Et capere obscuram te potuisse scies.  
Nam quibus a pueris famæ melioris amatur  
Clamabunt spurium vivere nolle schola.  
Obticeas igitur Ramum facilemq; fatere  
Sic spurius fies libera in arte bonus?  
Hoc docto doctis excelluit artibus, atro  
Crimine quem stupidum turpis adulter ais.  
Hoc Podebradeni & Thermenfi Musa Lycæo  
Rami persalvis artibus usa fuit.  
Hunc ego discipulus Podebradea tecta sequutus  
Rhetlogicen didici jungere in arte simul.  
Iamne sapias nebulo quæ te dementia raptet,  
Qui Ramo obscuri crimen inesse putas?  
Quiq; jubes nostræ jambis convitia fingi?  
Iam nunc auctorem te lcelerate nega.

Prodi



Prodi Bacche sacer cauponæ cernere mecum  
Officij memori pectore pensa tui.  
Officium Christi templo te sacrat amicum,  
Tu redeunte bibis tuq; cadente die.  
Et temulentus adhuc satis haud pede stante vagaris:  
Hæcne sacerdotem te helluo magne decent?  
Dic ad tymponeum cur non surrexeris olim  
Pulsum, dum templo plebs pia vota facit?  
Dic Evangelij vocis cur non memor esses:  
Curq; sacris fugiat vulgus adesse tuis?  
Nempe loquax garris quidnam caupona loquatur,  
Quosq; legi dignos publica ad acta putes?  
Hem quid te immemorē memoride crimine cerno?  
Quæq; tuum Sotadem cura pavorq; subit?  
Imparis o pudeat vitæ morumq; Philippi,  
Discipulis omni more sequendus erat,  
Sed vobis illo quantum heu, mutatur Achille  
Vita? mage an quicquam hac tetrius esse potest.  
Discipulos vitam docuit vixisse Melanthon  
Assimilem, an vestris moribus alter erit?  
Hoc ita: nam nostra redolemus in arte Magistrum  
Doctior & quò quis, vivere in arte sapit.  
Tu vagus & Rhynton tu rusticus atq; sacerdos:  
Dic tantis Proteus quid probittatis inest?  
Sed fallor forsan? sic: nam tortura paratur,  
Hic rogus, hic vulgat Ramea claustra Sinon.  
O mecum quotquot Ramos cœlestia mittunt  
Numina, tortores flectite quæso truces.

O qui

O qui Ramistas crucibus fixisse paratus,  
O qui lictorem metra sonare jubes:  
Sis mitis noster ne abeat Præceptor ad Orcum.  
Abjurat Rami scripta sequuta sequi.  
O moveat desperatam miseratio mentem:  
Hem rapimus tortor: sed Podebrada juvo.  
Iamjam qui Ramo tortor lanioq; fuisti  
Injicias collo stupea vincla tuo.  
Scurra crucem meritis, noster sua præmia sentit:  
Non tortorem animæ tu Podebrada fugis?  
Iamjam qui virga dignos armatus jambos  
Pendens, te meritum quis neget esse crucem?  
Seu te funiculo subtraxeris aut tua solvat  
Colla scelus, num post Ramea scripta premes?  
Verum quis faveat? funis latronibus iræ est,  
Latro bonis, Musæ perdita fama gravis  
Tu fileas igitur nos respondere parati  
Ramea qui placida hæc mente probata neget.

I.

Obscuritatem artis novit qui in describenda  
arte primus facit periculum, ars inventa & metho-  
dicè descripta etiam pueris facillima.

II.

Obscuritas alia doctoris obscuri, alia confusæ  
doctrinæ.

Vt pro Præceptore bono rescriberet vnus  
Discipulus, partes credidit esse suas.

Epi



EPIGRAMMA IN I. K. V. SLAVVM,

qui versibus hinc inde emendicatis famam alterius cuiusdam  
& quidem boni viri evaginata ut dicunt  
lingva lacerabat.

**V**T quondam elata, cornix invisa Minervæ  
Mentito pennæ tegmine, mentis erat,  
Et tandem volucrum denso facto agmine, raptis  
Exuta è plumis corpore nuda fuit:  
Non secus efferris furtivo carmine, famam  
Dum ruis in socij sordide Sclauæ tui.  
Donec ad extremum vatum lecto agmine, vates  
Fraudatus rapto carmine, pauper eris.  
Atq; id dum profers furatum hinc inde, recludis  
Monstrosi ingenij sordida dona tui,  
Ast ego crederim minus hoc scelus esse dolendum,  
Nî, quam deffendis, fama sit hinc levior.  
Nam quid quæso iuvant, ingentem, dote, Philippum  
Ingenij, laudis munera spreta tui?  
Dum fers obscuros laudes ex ore Philippo  
Iam famam obscuram quis neget suam?  
In trivijs miserum stipula disperdere carmen  
Mitte, nec alterius nomen inure notis,  
Et tibi, quæ doctis, laudum præconia, defers.  
(Non opus his tantis laudibus) ipse refer.

COLLATIO GRYLLI CVM

I. K. V. SCLAVO.

**S**tridenti ut stridens stridentia carmina gryllus  
Ore vomit, cerebri non sine perniciæ.

Sic

Sic Sclavus miserum stridenti gutture carmen  
Evomit, at grylli carmine pejus adhuc.  
Solut hic in latebris stridenti perstrepat ore:  
In famam alterius, carmine at iste ruit,  
O vtinam cæcis Insectum, & SCLAVVS in antris  
Sorte pari tandem carmina perstreperent,  
Donec eos aliquis stridentes, arbiter ambos  
Audiat, & pulsa præmia lite ferat,  
Scilicet ut stridens stridentia carmina gryllus  
Augeat, at pressis faucibus hic fileat.

A L I V D.

**I**nfestat veluti grave olens fætores bubulcos  
Et saturas gestit dux gregis inter oves:  
Sic KIGANKA penu Bojis satiatus in Oris  
Ventre distentus luxuriat dapibus,  
Ominibusq; malis, verbisq; fatigat acerbis  
Impuroq; bonos inficit ore viros.  
Qui sic? hircorum quia sanguine cretus iniquo,  
Inq; altis passus gramine verticibus.



F i n i s.





15.  
Poëmatia  
AD NOBILISS., VERA VIRTU-  
TE, DOCTRINA, ET AVCTORITATE  
EXCELLENTISSIMVM VIRVM D. SAMVE-  
LEM RADESCHINVM DE RADESCHO-  
VIC, POETAM LAVREATVM

Cum in illustri, vetusta & celeberrima  
Vniuersitate Heidelbergensi, solenni ritu, more  
majorum I. V. LICENTIATVS

A

Viro Clariss. & Consultiss. D. D. HENRICO KREFTING  
I. C. Ord. Pandectarum Profess. Consiliario Palatino,  
in hoc actu Procancellario

DOCTOR VERO

Ab ampliss. atque excellentiss. D. D. IVLIO PACIO  
A BERIGA, Philosopho & I. C. summo, Ord.  
Codicis professore, promotore designato.

Publicè cum applausu totius Academici populi pronuncia-  
retur, xxv. Martij, Anno Cls. Id. xci.

Scripta à

FRANCISCO IVNIO S. S. Th. D. & Professore.

L. LVD. PITHOPÆO eiusdem Acad. Oratore & Poëta.

SIMONE STENIO Lomacensi, Græcæ linguæ & Hist. Prof.

M. IOHANNE BOCKSTADIO Fachensi.

IACOBO TYLLINGIO Alcmareano.

IOHANNE LVTIO.



HEIDELBERGAE.